

<sup>q</sup>Dic nonum<sup>r</sup> praeceptum.<sup>s</sup>

Non concupisces domum proximi tui.<sup>53</sup>

Dic decimum praeceptum.<sup>t</sup>

Nec desiderabis vxorem proximi [36:] tui, non seruum, non ancillam, non bouem, non asinum nec omnia quae illius sunt.<sup>q</sup><sup>54</sup>

5

Cur adduntur haec duo praecepta?

Postrema duo praecepta sunt interpretatio praecedentium mandatorum et monstrant discriminem inter leges politicas et legem Dei. Nam leges politiciae sunt qualemque frenum, quo externa disciplina regitur et tantum accusant externa delicta atrocias, vt verbi causa, seditiones, caedes, adulteria, furta, mendacia. At lex Dei requirit interiorum mundiciem et integrum conformitatem et accusat non tantum externa delicta, sed etiam defectus et prauas inclinationes in corde. Ideo Paulus inquit: „Non nouissem, quod concupiscentia sit peccatum, nisi lex dixisset: „Non concupisces“.<sup>55</sup> Sic et Christus inquit Matth. 6: „Qui videt alterius vxorem ad concupiscendum eam, iam moechatus est in corde suo.“<sup>56</sup>

10

<sup>q–q</sup> Dic nonum et decimum praeceptum. Non concupisces domum proximi tui. Nec desiderabis vxorem proximi tui, non seruum, non ancillam, non bouem, non asinum nec omnia, quae illius sunt.: A; Dic IX. et X. praeceptum. Non concupisces domum proximi tui. Nec desiderabis vxorem proximi tui, non seruum, non ancillam, non bouem, non asinum nec omnia, quae illius sunt.: E.

<sup>r</sup> IX: D, F.

<sup>s</sup> Holzschnitt: Jakob verschafft sich eine große Schafherde (Gen 30,37–43): B.

<sup>t</sup> Holzschnitt: Josef und die Frau des Potifar (Gen 39,7–12): B.

<sup>53</sup> Vgl. Ex 20,17; Dtn 5,21.

<sup>54</sup> Vgl. Ex 20,17; Dtn 5,21.

<sup>55</sup> Vgl. Röm 7,7.

<sup>56</sup> Mt 5,28.